

www.e-rara.ch

In epistolam Pauli ad Galatas D. Martini Lutheri commentarius

Luther, Martin

Basileae, anno 1525

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1555>

Epistolae Pauli ad Galatas ca. primum

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

dentibus omnia mūda, indifferētia, licita sunt, quæcū- Credētibus
que uel præcipiuntur, uel prohibentur externis cere omnia coo-
monijs, corporalibusq; iustitijs: nisi quantū sua sponte perantur
aut pro charitate sese eis subijcere uelint. Ad quā intel in bonum.
ligentiā Paulus tanto æstu laborat Galatas reuocare, Paulus in
ut & Petri, & omniū apostolorū prorsus nullā ratio apostolis
nem habeat, quantū ad personam, conditionē: id est, di personā nō
gnitatem, & (quod dicunt) qualitatem, attinet. respexit.

Deniq; se ab eisdem nihil accepisse, quin commēdas
tum ab eis fuisse gloriatur, sanctissima quadam super- Pauli san-
bia, nihil cedens apostolorū quoq; opinioni, qua Euan ctissima su-
gelicæ ueritati uidebat calumniā strui apud rudiores: perbia.
longeq; melius ducens inglorios esse seipsum & apo-
stolos ipsos, quā Christi Euangelium euacuari.

EPISTOLAE PAULI AD
GALATAS CA. PRIMVM.

Paulus apostolus.



Vando iam græcatur totus orbis
Christianus, non est necesse indica-
re quid Apostolus Græce signifi-
cet, nisi ijs quibus ego scribo. Apo- Apostolus.
stolus enim idem quod missus signi-
ficat. Et doctore D. Hieronymo,

Hebreorū uocabulum est, quod Silas apud eos sonat: Silas.
cui à mittendo nomen missio impositum est. Ita apud

Ioan. 9. Vade laua in natatoria Silohæ, quod interpretatur missus. Cuius mysterij & Esa. 7. non ignarus, dicit: Abiecit populus iste aquas Silohæ, quæ uadūt cū silentio. Hæc magis considerata sunt, q̃ Apostolus uerecundū nomen est, sed mire simul augustū, ac uenerabile, insignem iuxta humilitatem præ se ferens. Humilitas est, q̃, missus est: officium, seruitutem, obedientiam, protestatus, tum ne quispiam uelut dignitatis nomine motus, in ipsum fidat, aut gloriatur: sed per officij nomen in authorē mittētem mox rapiatur, à quo iam maiestas & sublimitas missi & serui concipiatur, ut reuerenter excipiat. Non sicut nostra ætate, qua nomina apostolatus, episcopatus, ac reliqua, non officij, sed dignitatis ac ditionis uocabula esse cœperūt: quos Christus Ioan. 10. contrario nomine non missos, sed uenientes, & seipsum interpretatus, fures & latrones appellat: ut qui non mittentis uerbū, quo pascāt, afferūt: sed suū lucrū quo mactāt oues, referūt. Quotquot, inquit, uenerūt (id est, nō mittebātur) fures sunt & latrones. Et ut Apost. Rho. 10. Quomodo prædicabūt nisi mittātur? Quas doctrinas, ô utinā nostro seculo digne appenderent Christiani populi pastores, & rectores.

Apostolus
quis.

Quis enim potest prædicare, nisi sit apostolus? Quis autem est apostolus, nisi qui uerbū dei apportat? Quis autem potest uerbū dei apportare, nisi qui deum audierit? At qui uel sua, uel humanarū legum, decretorū, aut philosophorum dogmata affert: nūquid is dicendus est apostolus?

apostolus? Imò ueniens, & fur, & latro, & perditor,
 & mactator animarū est. In Silohā lauatur cæcus, &
 uisum recipit. Et Silohæ aquæ salutares sunt, non aquæ
 fortes & superbæ regis Assyriorum. Misit uerbum su-
 um (nempe deus) & sic sanauit eos. Venit homo & uer-
 bum suū, & hæmorroissam peius habere facit. hoc est,
 ut clare dicam: Quoties uerbū dei prædicatur, reddit
letas, latas, securas conscientias in deum: quia est uer-
bum gratiæ, remissionis, bonū & suauē. Quoties uer-
 bum hominis, reddit tristem, angustam, trepidam con-
 scientiam in seipsa: quia est uerbum legis, iræ, & pecca-
 ti, ostendens quid non fecerit, & quanta debeat.

Deus uer-
 bo suo sa-
 nat, homo
 uerbo suo
 affligit.

Proinde nō fuit ecclesia unquam infelicioꝝ ab initio
 sui, quā nunc est, & quotidie magis fit, tot decretis,
 legibus, statutis, penē infinitis carnificinis excarnifica-
 ta, longēq; atrocius, quā tempore martyru à torto-
 ribus confecta. Et ijs perditionibus animarum pontifi-
 ces adeò nihil afficiuntur, adeò nihil compatiuntur sus-
 per cōtritione Ioseph, ut (tanquā deo obsequium præ-
 stent) etiam addant dolorem super uulnerū dolorem.

Non ab hominibus, neq; per. &c.

Statim ab initio percutit oblique falsos Galatarum
 apostolos, quos non per Iesum Christum missos sub-
 indicat: sed uel per seipsos, uel per alios apostolos,
 quorum tamen doctrinam falsè tractabant. Id sanè no-
 tandum, quod nullum uoluit Christus apostolum fieri

Nota.

ex hominibus, seu hominum arbitrio: sed ex sua solius
uocatione. Vnde & Mathiam apostoli non ausi sunt eli-
 gere, sed de cœlo per orationē impetrabant. Et Paulū
 ipsum de cœlo uocauit, & apostolū fecit. Maxime autē
 per uocem spiritus sancti, Act. 13. Segregate mihi (in-
 quit) Paulum & Barnabam, in opus ad quod assumpsi
 eos. Ita Rho. 1. gloriatur se in Euangelion dei segregat-
 um, quod cæteris apostolis in circūcisionē missis ipse
 cum Barnaba in præputium & gentes segregati sunt.

Apostolus. Et aduerte quod Paulus, nomen apostoli adeo offi-
 cij & dignitatis asserit, ut eo uelut participio utatur,
 dicens: Apostolus nō ab hominibus. quod sonat, Missus
 non ab hominibus. Nisi Hebraismū sapit oratio, ut Psal-
 mo 44. Myrrha, & gutta, & casia à uestimētis tuis, à

Consilium. domibus eburneis. Quæ omnia eò tendunt, ut uideas
 quanta cura Christus ecclesiam suā instituit atq; munie-
 uit, ne temere quisquā docere præsumeret, nisi ab ipso,
 uel à se missis, missus sit.

Inuentum- Sicut enim primū & maximū ecclesiæ beneficiū est
alis huma- uerbū dei: ita contrā, nullo maiore detrimento ecclesia
nis ecclesia perditur, quā uerbo hominis & traditionibus huius
perditur. mundi. Deus solus uerax, omnis homo mēdax. Deniq;
 in hanc gratiā, sicut olim Dauid reliquit omnes impen-
 sas, quibus Salomon ædificaret templum: ita Christus
 reliquit Euāgelion & scripturas alias, ut ijs, nō huma-
 nis decretis, ecclesia ædificaretur. Quod quā mife-
 re sit iam plus trecentis annis neglectum, imò peruer-
 sum,

sum, satis ostēdit facies hodierna omnium rerum ecclesie.

Quatuor Apostolorum genera Diuis Hierony. ex Apostolo-
hoc loco colligit. Primum, quod neque ab hominibus, ru quatuor
neque per hominem, sed per Iesum Christum & deum genera.
patrem: ut Propheta olim, & omnes Apostoli. Alte- ii
rum, quod à deo quidem, sed per hominem, ut disci-
puli Apostolorum, & qui in finem mundi legitime
succedunt apostolis: ut Episcopi & sacerdotes. Et hoc
genus sine primo non potest consistere, à quo habet
exordium. Tertium, quod ab homine seu hominibus, iii
non à deo: ut cum fauore & studio hominum aliquis or-
dinatur, ut nunc uidemus plurimos non dei iudicio, sed
redempto vulgi fauore in sacerdotium subrogari. Sic
Hieronymus. Si hoc Hieronymi temporibus malum
iam tum inualecebat, quid mirum si hodie triumphet
& regnet? Nam huius generis esse oportet omnes, qui
seipsos offerunt ad episcopatus et sacerdotia, antequam
uocentur, animalia scilicet uentris & gloriæ. Ideoq;
quantum ex ijs Ecclesia commodi habeat, satis uide-
mus. Quartum genus, quod neque à deo, neque ab ho- iiii
minibus, neque per hominem, sed à semetipso: ut pseu-
doprophetae, & pseudoapostoli, de quibus Paulus:

Istiusmodi pseudoapostoli, operarij iniquitatis,
 transfigurantes se in Apostolos Christi. Et dominus
 Ioannis decimo: Quotquot uenerunt, fures fuerunt &
 latrones. Hieremie 23. Non mittebam prophetas, &
 ipsi currebāt: nō loquebar ad eos, et ipsi prophetabāt.

Ab hoc malo summe cauendum est. Nam hinc Christus nec demonia sinebat loqui, et si uerum dicebāt, ne præs-textu ueritatis intret mendacium mortis: quando non potest loqui, qui ex seipso loquitur, nisi mendacium, ut Christus ait Ioan. 8. Vnde ne Apostoli ex seipsis loquerentur, dedit eis spiritum suum, de quo dicit: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Et rursus: Ego dabo uobis os & sapientiam. & cætera.

In quorumdam religio-
sorum que-
rimoniam.

Non possum hic (& si leuiculum est) transire mul-
torum, præsertim religiosorum & sacerdotum fatuam
querelam, satis tamen acrem tentationem, qua querū-
tur sese talentum domini habere, ideoque necessitate
Euangelici præcepti sese urgeri ad docendum. Itaque,
nisi doceant, stultissima conscientia credunt, sese pecu-
niam domini sui abscondere, & reos esse damnationis.
Diabolus hæc facit, ut instabiles eos reddat, in uocatio-
ne sua, in quam uocati sunt. O bone frater, uno uerbo
Christus te liberat ab hac querela. Vide Euangelion
quod dicit sic: Vocatis seruis, tradidit illis bona sua.
Vocatis inquit: quis autem te uocauit?

Expecta
uocantem.

Expecta uocantem, interim esto securus, imò si esses
sapiētior ipso Salomone & Danicle, tamē nisi uoceris,
plusquā in infernū fuge, ne uerbū effundas. Si tui egue-
rit, uocabit te: si non uocabit, nō te rumpet sciētia tua.
Denique neq; est uera, sed uidetur tibi scientia, & stul-
tissime fingis tibi fructum, quem possis facere. Nemo
fructi-

fructificat uerbo, nisi qui sine suo uoto uocatur ad docē-
dum. Vnus est enim magister noster Iesus Christus. Hic
 solus docet, & fructum facit, per uocatos seruos suos.
 Qui autem non uocatus docet, non sine damno & suo,
 & auditorum docet, quod Christus non sit cum eo.

Quod ergo Apostolus se non ab hominibus missum
 dicit, pseudoapostolis se opponit: quod non per homi-
 nem, ipsis fidelibus, qui ab Apostolis missi fuerant, op-
 ponit. Ideo contra tria genera Apostolorum tali exor-
 dio utitur. Et testatur Hiero. quod ex Iudæis quidam
 in Christum credentes in Galatiam perrexerūt, & do-
 cuerunt, quod & Petrus & Iacobus, & Ioannes legē
 seruarent: ut magis infra uidebitur.

Quod autem resurrectionem Christi interserit, uide Vnacaui
 tur ociosum. Verum, solet Apostolus libenter resurre- cur de re-
 ctionem Christi commemorare, potissimum contra eos surrection
 qui in iustitiam propriam confidunt. Sic & in Rhoma. 4. interserit
 lutatione eiusdem & copiosius meminit, quod & ibidē
 fortiter cōtra iustitiam operum disputat. Qui enim ta-
 les sunt, necesse est ut resurrectionem Christi negent,
 imò irrideant. Nam Rhoma. 4. Christus (inquit) mor-
 tuus est propter peccata nostra, & resurrexit pro-
 pter iustificationem nostram.

Ideo qui alia uia præsunit iustus esse, quàm credēs
do in Christū, hic Christum à se reijcit, & ociosam eius
passionem & resurrectionē ducit: qui autem in Chri-
 stum morientem credit, simul & ipse moritur peccato

cum Christo. Et qui credit in resurgentē & uiuentem, eadem fide & ipse resurgit & uiuit in Christo, & Christus in eo. Ideo resurrectio Christi est iustitia, uitāq; nostra, non tantum exemplo, sed & uirtute. Sine resurrectione Christi nemo resurgit, quantumlibet operetur bona: rursum per resurrectionem quilibet resurgit, quantumlibet operatus sit mala: ut hæc latius ad Rho.

Altera
causa.

Fortē etiam ideo meminisse solet in salutatione resurrectionis, quod spiritus sanctus datus est per resurrectionem Christi, quo spiritu distributa sunt dona apostolatus, & alia, 1. Corinthios 12. Ut sic se Apostolum asserat authoritate diuina, per spiritum resurrectionis Iesu Christi.

Et qui mecum sunt omnes fratres.

Omnes fratres inquit, quo uidetur occurrere eis dē pseudoapostolis, qui (ut Hiero. ait) ipsum quoq; Paulū aliter apud alios sapere dicebant, quā Galatas docuisset. Deinde quod ad populū corrigendū plurimū ualeat multorum de eadem re sententia atq; consensus.

Ecclesijs Galatiæ.

In alijs epistolis, ad unius urbis scribit Ecclesiam: in hac, ad multarum ac totius prouinciæ scribit ecclesias.

Cur Vocet Et notabis hic Ecclesias dici, quæ tamē errore fidei per-
fectura riclitabātur. Sed quia uerbum & baptismum habeāt,
Galatas recte Ecclesie uocantur. Error autem in fide & uerbo
defectus. infirmitas est, in qua charitas Ecclesiæ exercetur.

Que

Quæ autem esset charitas, quæ malos neque ferre, neque iurare statuit? furor est, nomine charitatis ineptissime se uestiens. Quid hic respondebunt? Apostolus ecclesias appellat, quæ non morum (nam hi soli offendunt superbos, & hæreticos faciunt) sed fidei errore laborabant, ac tota substantia, unde possent ecclesie uocari, peribat.

Gratia uobis & pax à deo patre, &c.

Discernit Apostolus hæc gratiam & pacem ab ea, quam mundus uel ipse homo sibi dare potest. Gratia enim dei patris, & domini nostri Iesu Christi aufert peccata, cū sit spiritalis & occulta. Sic pax dei serenat, quietat, ac letificat cor hominis coram deo in absconditis. Et, ut alibi dictū est, Gratia culpæ, pax poenæ aufert. Ut si iustitia & pax osculentur & conueniant.

Verum, quando hæc fiunt, mox amittitur gratia & pax hominum, mundi, carnis: id est, sui ipsius & diaboli, concitatur autem ira, & turbatio omnium. Nam qui in gratia dei est, operatur quæ deo placent, ideo mox displicet diabolo, mundo, & carni suæ. Et dum deo iustus est, carni & mundo peccator est. Et ita oritur bellum: bellū foris, pax intus, intus inquam nō sensibilibiter & experimē tali suauitate, saltem semper: sed inuisibiliter & per fidem. Nam pax dei exuperat omnem sensum, id est, incomprehensibilis est, nisi fide.

Sic contrā, qui in gratia mundi est & sui ipsius, & Gratia placet sibi, statim peccat coram deo, & iram incurrit. mundi.

Qui enim, ait Iacobus, amicus huius mundi esse uoluerit, inimicus dei constituitur. Ideo sequitur & hic mox bellum. Bellum intus cum deo, pax foris cum mundo: quia non est pax impijs, dicit dominus. Et tamen Psal. 72. pacem peccatorum uidet. & Psalmo. 36. Prospicitur peccator in uijs suis. Ideo & istud bellum est absconditum & insensibiliter.

Quare in quadam bilibri sese componderant ista quatuor: Gratia dei, indignatio mundi: pax dei, & turbatio mundi: gratia mundi, & indignatio dei: pax mundi, & turbatio dei. Sic Christus Ioannis decimosexto. In mundo pressuram habebitis, in me uero pacem: sed confidite, ego uici mundū. Et infra Pau. Si abuc hominibus placere, Christi seruus nō essem, id est nō placere.

Quare hac salutatione summam statuit doctrinae suae, quod uidelicet nemo iustus esse potest, nisi per gratiam dei, nequaquam per opera. Et conscientiae turbationem non quietatur, nisi per pacem dei, non ergo per opera cuiuscunque uirtutis, aut satisfactionis.

Quid est autem, quod non suffecit Apostolo dicere, à deo patre nostro, nisi adderet, Et domino Iesu Christo? Hoc dicitur ad differentiam regni gratiae, & regni gloriae. Regnum gratiae est regnum fidei, in quo Christus ut homo regnat, cōstitutus à deo patre super oīa, iuxta Psalm. 8. In quo à deo accipit dona in homines, ut Psā. 67. dicit. & hoc usque ad iudiciū nouissimū. Tūc enim, ut 1. Cor. 15. Apostolus docet, tradet regnū deo & patri,

Et patri, et erit deus omnia in omnibus, cum euacua-
uerit omnem principatum et potestatem. hoc est re- **Regnum**
gnum glorie, in quo deus ipse per se non amplius per glorie.
humanitate regnabit in fidem. Non quod aliud et aliud
sit regnum, sed aliter et aliter. Nunc in fide et ænigma-
te per humanitatem Christi, tunc in specie et reuela-
tione diuinæ naturæ.

Inde Apostoli uere appellant Christum dominum,
patrem uero deum, cum sit idem deus uterq; Sed ut di-
xi propter regni differentiam quod sumus nos, qui in
fide purgamur, in specie autem salui erimus.

Qui dedit semetipsum pro. &c.

Singula hæc epitasin et emphasin quoque habent,
quibus iam omnino asserit, legem et arbitrium huma-
num prorsus nihil esse, nisi Christus credatur traditus
pro peccatis nostris. Qui dedit (inquit) tanquam im-
meritis donum gratuitum, non reddidit tanquam di-
gnis præmium. Sicut Rho. 5. Cum inimici essemus, re- **Donū dei.**
conciliati sumus deo, per mortem filij sui.

Dedit autem non aurum, non argentum, sed neque Mirachari
hominem, neque omnes angelos, imò semetipsum, quo **tas dei.**
maius nihil est, neq; habet: dedit inquam tam inæsti-
mabile præcium pro peccatis nostris, pro tam despes-
ta, odioq; dignissima re. O dignatio et charitas dei in
nos, quàm eximijs et obseruatjs apte uerbis commen-
dat, et dulcissimam nobis reddit misericordiam dei pa-
tris? Vbi sunt nunc superbi iactatores liberi arbitrij?

ubi eruditio moralis philosophiæ? ubi legum tam sacrarum quam profanarum uirtus? si tanta sunt peccata nostra, ut non nisi dato tanto precio potuerint tolli: quid facimus, dum arbitrio, legibus, ac doctrinis, nos iustos facere conamur, nisi quod peccata nostra tegimus, falsa iustitiæ seu uirtutis specie, ac hypocritas incurabiles facimus? Quid prodest uirtus, si peccata manent?

Virtus sine fide uelamē est nequitiæ. Desperandum itaque est de ijs omnibus, & ubi non fides Christi docetur, omnem uirtutem non aliter habeamus, quam uelamen nequitie, & operculum omnis spurcitiæ: sicut phariseos Christus describit. Nihil ergo sunt gentium uirtutes, nisi fallaciæ, nisi ociose Christum pro peccatis nostris traditum contendas, ut quod nostris uiribus potuimus, tanto impendio frustra sibi uoluerit constare.

Quomodo credendum Verum id pronomē, nostris, ne contemptim prætereas. Nihil enim tibi profuerit credere, Christum esse pro peccatis sanctorum aliorum traditum, pro tuis autem dubitare. Nam hoc & impij, & demones credunt. Verum constanti fiducia præsumendum est tibi, quod & pro tuis, & unus sis illorum, pro quorum peccatis ipse traditus est. Hæc fides te iustificat, Christum in te habitare, uiuere & regnare faciet. Hæc est testimonium spiritus, quod reddit spiritui nostro, quod sis filij dei. Quare facile senties, si aduertas, hunc affectum ex tuis uiribus in te non esse. impetrādu ergo per humilem, & in seipso desperatum, spiritum.

Fabula

Fabulæ ergo sunt, opinatorum scholasticorum, hominem esse incertum, in statu salutis sit, nec ne. Caue tu ne aliquādo sis incertus, sed certus, quod in teipso perditus, laborandum autem, ut certus & solidus sis in fide Christi pro peccatis tuis traditi. Quomodo potest fieri, ut hanc fidem, si sit in te, non sentias, cum beatus Augu. asserat, eam certissime uideri ab eo, qui habet?

Nunc uide, Paulus non ait, pro peccatis uestris: sed, nostris, certus enim erat. Ita & illud, eriperet nos, nō ait uos. Quo iterum fulmine uerbi contundit præsumptionem arbitrij, legis, & operum iustitiæ nostræ. Nō (inquit) ista eripiunt nos, sed Christus traditus, si modo credas te eripi. Ista autem ereptio spiritualis est, nō corporalis: hæc fit, quando anima moritur & crucifigitur mundo, id est, concupiscentijs, quæ sunt in carne omnium hominum. Quod ad Titū 2. latius explicans, dicit: Abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie, & iuste, & pie uiuamus in hoc seculo. In quo loco utrunq; expressit, scilicet uitam in hoc seculo (quod seculum non sit malum) & secularia desideria, quia in seculo isto abundant mala desideria.

Vnde & hic addit de præsentī seculo nequam, alioqui, si seculum nequam ipsum cursum temporis uellet intelligi, iā de hac uita rapiendos doceret omnes, quot quot credunt in Christum. Sicut & 1. Cor. 5. seipsum non id uoluisse explicans, dicit: Alioqui debueratis de hoc mundo exisse, quasi diceret, non id uolui, ut debe-

retis è uita fugere, sed à uitijs & concupiscentijs, quæ sunt in mundo. Vt & 2. Petri. 1. fugientes eam, quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem.

Tropum autē huius locutionis B. Hiero. pulchre & late explicat, dicens: Sicut infamātur saltus, cum latrocinij pleni sunt. Detestamur & gladiū, quo humanus effusus est cruor: & calicem, quo uenenum temperatū est, non calicis gladij; peccato: sed quod odium merentur illi, qui ijs male usi sunt.

Ita seculum, quod est spaciū temporum, non per semetipsum bonum aut malū est, sed per eos, qui in ipso sunt, aut bonum aut malum appellatur. Idem S. Augu. Malum seculū intelligit, malos homines in seculo. Hæc tamē omnia sic accipe, ut & te partem huius mali agnoscas. Nā omnis homo mendax. & nō est iustus in terra. Psal. 13. ne superbia super ceteros nimīū eleueris. Ideo quando Christus te eripit à seculo, certe à te ipso, ut omnīū tibi pessimo hoste, te eripit. Sicut Paulus Rho. 7 Non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Igitur non tuis uiribus, seculum nequam & uitia tua uinces: frustra sunt opera, nisi Christus te eripiat solus. Quare caue, ne ieiunia, uigilie, studia, temperantia, sobrietas, aliæq; uirtutes, te hypocritam irreparabilem faciant.

Secundum uoluntatem dei, &c.

Secundum uoluntatem suam, hoc est, quod nos eripimur, non currentis est uirtutis nostræ, sed miserationis uoluntatis

uoluntatis dei. sicut ait Psal. 50. Benigne fac domine in bona uoluntate tua Sion. Et Lucæ 2. Et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. non suæ, sed dei. Vt in græco εὐδοξία. Sicut enim uiri misericordiæ dicuntur, quod non suo merito, sed dei misericordia suscipiuntur: ita homines bonæ uoluntatis, quod non suis uiribus, sed diuinæ uoluntatis beneplacito saluentur: ut stet gloria soli deo in secula seculorū, Amē. ut hic Apostolus dixit.

Nam si quid nos possumus, certe non hoc in gloriā dei, sed in nostram referri debet. Sed absit, ut puluis, & is qui nihil est, laudē & gloriā habeat. Vide ergo quā cito impetu, sola salutatione, percutit Galatas, & eorum magistros, aptissimo exordio pro huius epistolæ ar- gumento.

Miror quod tam cito transferimini, &c.

Diuus Hieronymus hyperbaton hic esse dicit, & hunc modum ordinat: Miror, quod tam cito transferimini à Christo Iesu, qui uocauit uos in gratiam. Græcis pro Christi, habetur dei. Item: Quod non est aliud, intelligit, quod sit nihil aut nullum, ubi, si meo liceret sensu diuinare, crederem Apostolum uelle, non esse aliud Euangelion, quàm quod prædicarat ipse, & mutata cōiunctione Nisi, in Sed, clarior fieret sensus. ut sit iste textus: Miror, quod tam cito transferimini à deo (qui uocauit uos per gratiam) in aliud Euāgelion, cum nō sit aliud Euāgelion. Sed sunt quidam qui uos conturbant,

¶ uolunt subuertere Euangelion Christi. Quod si cū hyperbato placet legere, nec inepte legetur ab eo, qui uos uocauit per gratiam dei, uel deo. vehemens est sententia Pauli, et tamen modestissima Mirari se dicit, cū indignari et ardere penitus sese infra ostendat, scilicet suauiter, non pro impetu concepto, inuadens. Vtiq; bono exemplo omnibus rectoribus Ecclesiasticis, præsertim in fulmina promptis, etiam pro re nihili. Non errare, nō peccare eos dicit: sed peiore malo, prorsus translatos extra Euangelion, alienatos à deo esse. Nam mitius est, si arbor maneat, fractis aliquot ramis, aut alio incommodo læsa, quàm si pænitus transferatur euulsa de loco suo, in locum, ubi necesse sit eam arefcere et sterilefcere.

N.

simile.

Adeo terribile est, iustitiam suam querere, et in legis ac arbitrij opera fidere. Nam hoc est Christum abnegare, gratiam et ueritatem abijcere. et ut infra docebit, seipsum in idolum statuere. De quo Iob 31. Si osculatus sum manū meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, et negatio contra deum altissimum. Osculari enim manum ore proprio (ut sancti patres sapiunt) est sua opera laudare, in sua iustitia fidere. Atq; hac iniquitate fit, ut non in deo gloriemur, sed in nobisipsis, et gloriam deo subtrahamus. Et Esaie 2. opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Cōtra, Psal. 2. dicitur, Osculamini filium, ut est Ebraice, pro apprehendite disciplinam: id est in Christum pura fide credite

Iob. 31.

Esa. 2.

credite, & hunc colite. Fides enim debetur ueritati, quæ nulla est, nisi solus deus. Ideo fides est uerissima & interior latria. Hinc illud intelligimus, quod ex beato Augustino duplex malum asseritur, contra fidem, & contra bonos mores. Malum fidei, in optimis moribus facit hereticos, superbos, schismaticos, quos scriptura proprie impios uocat. Mali mores, peccatores faciunt salus fidei, saltem aliorum: hoc est, non impugnant fidem, & si eam sciunt se non habere, & debere, ideo sunt facile curabiles. Malum autem fidei, mox etiam criminatur & persequitur fidem aliorum, ut suam statuatur.

*Duplex malum
Videtur contra
fidem.*

Hoc uerbum Conuertere, D. Hieronymus notat: quia ex græco μεταστέλλω significat id, quod in facie est, post tergum facere, & quod post tergum est, in faciem ponere. Est enim infinitiuus futurus.

Vult itaq; Paulus, Euangelion, quod est spiritus & gratie doctrina, conantur illi retrorsum in literam, iam diu post tergum relictam, reuocatum iri: ut per Euangelion id effectum sit, ut in spiritum libertatis magis ac magis proficeretur. Volunt inquam, sed non poterunt præualere. Et hodie sanè Euangelion subuersum est in magna parte Ecclesie. Quando non nisi decreta Pontificum, & traditiones hominum auersantium ueritatem, populos erudiunt. Aut Euangelion sic tractatur, ut à legibus & moralibus præceptis prorsus nihil distet. Fidei & gratie cognitio ipsis quoque Theologis contempta.

Putat & diuus Hieronymus uerbum Trāsferimini, cōgrue ad Galatas aptatum, quod Galatia Ebreis trāslationem significet. quasi Apostolus ex eorū proprio nomine, occasionem huius exordij sumpserit. ac si diceret: Vere Galate estis, & trāsferri prompti, res cōgruit cū nomine uestro, allusione scilicet Ebraicæ linguae.

Nec sunt iniucundæ eiusmodi peregrinarū linguarum allusiones, si suo loco ueniant. Vt si de Rhoma diceret, uere tu Rhoma es, Ebraice, quod est superba & excelsa. Quid enim & ad Rhomanos Apostolus aliud facit, quàm quod superbiam & arrogantiam eorū contūdit? uelut re ipsa, allusionē nominis Rhomani tractās.

Sed licet nos, aut angelus de, &c.

*Anathe
ma* Anathema græcum, teste Hiero. proprie Iudeorū uerbū est, quod apud eos horma dicitur. Iosue 6. Sitq; hæc ciuitas anathema, & omnia quæ in ea sunt. Ebra. herem, & sonat uastitatem, perditionem, occisionem. Inde cum sit uerbū maledictionis, pro maledictione & execratione, & detestatione accipitur. Sic Psalmus 41. Memor ero tui de terra Iordanis, et Hermonim à monte modico. Vbi anima turbata peccatis suis, memoria Christi pro se crucifixi & anathema facti, sese consolatur.

Nam & ros hermon, qui Psalmus 129. scribitur descendere in montē Zion, utiq; uerbum est, de crucifixo filio dei. Latini autem dicerent, Anathematizatus: uel si de uerbo

uerbo sentias, anathematisatum sit, Ebraeis frequens est usus abstractorum. An autē anathema græcum (quod ea significat, quæ in templis suspenduntur & seponuntur) uim Ebraei uerbi impleat, uiderint grāmatici. Nobis sat est, quod Apostolus zelo Euangelij feruens, potius seipsum & angelos cœlestes, nedū Apostolos, uellet alienos, deuotos, execratos, separatos, & maledictos, quā ut ueritas Euāgelica periclitaretur.

Atq; id repetito ingeminat: non quod Angelos cœlestes, aut seipsum, aut Apostolos aliud prædicaturos crederet: sed quod uelut cū impetu opprimi, & (ut ad Titum scribit) os illis obstrui, & penitus ac radicitus præcidi, oportebat, qui nomine & exemplo Apostolorum legem docebant. ac si diceret, Apostolorum iactantis mihi nomen & auctoritatem, fingite amplius, quod & ego & angeli de cœlo aliud doceant aut docere possint, hos etiam anathema esse uolo: quanto minus Apostolorum titulo uos terreri oportet?

Vtinam & nostro seculo tales essent Christi tube, aduersus inexorabiles & uiolentos decretorum, & decretaliū Pontificalium exactores, qui sub nomine Apostolorum Petri & Pauli, Rhomanæq; Ecclesiæ, eo nos urgent, ut nisi necessaria ad salutē credamus, quæcunq; ibi dicuntur, scribuntur, aliquādo & somniātur, hereticos audeāt impudentissima fronte pronunciare. Cū hereticus non sit, nisi qui in uerbum fidei peccat. Illa autē hominū uerba adeo sunt moralia & sine fidei

*Hereticus
quis*

nullo posset beneficio magis serui, quàm si semel funditus penitusq; abrogarentur.

Quid putas fecisset Paulus, si nostro tempore tot inutiles, immo perniciosas leges hominum uidisset in totum orbem seuire, & Christum radicitus extinguere: qui tanto æstu fertur in leges dei per Moſen traditas, & uno tantum loco apud Galatas Christum pessundantes? Igitur cum Paulo fidentes dicamus, pereat maledictaq; sit omnis doctrina, de celo, de terra, undelibet allata, quæ docet in opera, in iustitiam, in merita alia cõfidere, quàm ea quæ sunt Iesu Christi. Nec in hoc contumaces sumus in pontifices, Apostolorumq; successores, sed pij atque ueraces in Christum. Hunc enim eis præferri oportet, & si id pati nolint, ipsos penitus, ut anathemata, fugere.

Modo enim hominibus, &c.

Huius quæstionis partem priorem affirmatiuam, & posteriorem negatiuam intelligunt, qui latine tantum Apostolum uel interpretem potius legunt, ut, quia nemo suadeat deo, cui sunt omnia manifesta, reliquum iam sit, ut hominibus suadeat. Est autem suadere hoc loco pro inducere ad credulitatem, ut Actorum ultimo. Suadensq; eis de Iesu ex lege Moſi & Prophetis, quod nemo ad fidem possit ui compelli, sed tantummodo trahi & indici. ut Ioannis 6. Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum.

Quinquam

Quamquam autē hunc sensum & Hiero. & Aug. & Amb. habeant, placet tamen magis ea sententia, quod in greco accusandi casu, homines suadeo, an deum, habetur: modo homines suadeo, an deum? hoc est, doctrina, quam ego doceo, nō ex hominibus, sed ex deo est: ut latius statim ipse explicabit, quādo Euāgelion suū neq; secundū hominem, nec ex homine esse, dicet. Est autem iste tropus, non rarus etiam in latina lingua, Vergilium lego, Hieronymum enarro, Et, 1. Cor. 1. Nos prædicamus Christum dei uirtutem, &c.

Tropus.
1.

Ad hunc sensum apte quadrant præcedentia, ac si dicat, Cur non optem anathema esse eos, qui alia docent? Nunquid humana ac non potius diuina doceo, quibus omnia coelestia & terrestria merito sileant & cedant? ac maledictione dignum est, quod diuinis aduersatur.

Potest autē & nostra translatio huc duci, si uerbum suadeo absolutum sit à regimine: ut quo modo Rhom. 14. Qui manducat, domino manducat. ita hic sit sensus, quod suadeo seu suasor sum, non hoc hominibus, aut ad gloriam uel gratiam hominum facio: sed deo, & in dei gloriā, hoc officio seruiō. Et huic sensui, nō inepte adhæret quod sequitur: Si adhuc hominibus placere, &c. quasi neget, se hominibus placuisse suadēdo, sed soli deo.

2.

Et hoc aduerbium Modo, totū apostolatus sui tempus, non autem huius epistolæ scriptæ, significat. Quia reuera in hac epistola non ex integro gratiam Christi docet, sed ad eam reuocat lapsos, & iam scientes con-

3.

firmat. Vnde & allegoricos infra loquetur, quod ad in-
stituendos non pertinet, quibus linguae sunt in signum,
ut prima Corinthios decimoquarto dicit. Ut sit sensus,
Maledicti sint, qui aliud docent: quia postquam cōuer-
sus sum à legū traditionibus, iam non amplius humana
doceo, sed diuina.

Et diligenter quaeso serua tibi, quod humana appella-
re audeat, legem Moysi, quae tamen per angelos tradita
est: de quo infra latius.

An quaero hominibus placere? &c.

Hoc ideo dicit, Quia pseudoapostoli etiam hac rati-
one docebant legales iustitias, ne propter Euangelion
paterentur persecutiones à Iudaeis, qui pro lege Moysi
aduersus uerbum crucis insaniebāt in omnes homines,
ut 1. Thessa. 2. scribit, quod & infra, 6. ca. dicit. Qui-
cunq; uolunt placere in carne, hi cogunt uos circūcidi,
tantū, ut crucis Christi persecutionem non patiantur.
Ideo Paulus cōtra hanc pusillanimitatem spiritus cre-
atus docet, amare Christi contēnendoc esse homines, &
non omittendum uerbum, quo illis placeatur.

Hominibus hoc loco per Emphasin accipitur, ut qui
tantū sunt homines iuxta primam natiuitatē ex Adā,
extra Christum & fidem eius. Hos enim, cum sint à ue-
ritate alieni, necesse est mendacio & odio ueritatis ple-
nos esse. Ita omnis homo mendax. Sic, 1. Cor. 3. Nōne
homines estis? Et usu scripturae ferme opprobrium est,
hominē

hominem dici. Non enim secundum substantiam, metaphysice (sic enim Theologi nihil non laudis in homine uident) sed Theologicè, & ut in oculis dei est, eum nominat.

Contrà, iusti non uocantur uerè homines, sed dij. Psalmo septuagesimoprimo: ~~Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes: uos autem sicut homines moriemini.~~ Ideo ut Psalmo quadragessimosecundo uerè dicit: Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, quoniã deus spreuit eos. Quare? quia deum & uerbum suum negant amore hominum, dum persecutionem timent. ita contrà, Custodit dominus omnia ossa eorum. quorum? iustorum. Qui sunt ij? qui hominibus displicent, honorati sunt, quoniam deus suusceptor eorum est. Et Lucæ decimosexto: Quod hominibus altum est, abominatio est ante deum. Cum autem nos quoq; simus homines, necesse est & nobis displicemus, iuxta uerbum Christi: Qui amat animam suam, perdet eam.

Videant ergo illi qui ex arbore Porphyriana & Aristotelis, aliorumq; philosophorũ doctrinis didicerũt, hominem rationale laudare, iactare, ac amare: deinde, in sua dictamina confidere, sua cõsilia iustificare, quàm recte ad scripturæ ueritatem sapiant: quæ omnia humana, mendacio, uanitati, & perditioni deputat: Ideo quæ lugendum docet, quoties nos homines, rationales, liberi arbitrij, omnium denique operum nostrorũ

titulis laudari contingit. quando seruum Christi, id est ueritatis, esse non posse pronunciet Paulus, qui sibi uel hominibus placeat.

Placere Verbum autē Placere, hic in spiritu intelligitur. hoc est, pro uoluntate placendi: quando quidem non in nobis est quibus placeamus, quod satis ipsemet Apostolus hic explicat, cum prius dixisset, an quæro placere, mox non ait, Si adhuc quærerem placere: sed, si adhuc placerē. Ita & 1. Cor. 3. Placete omnibus per omnia, sicut et ego omnibus per omnia placeo. Quomodo omnibus places? sequitur: Non quærens quod mihi utile sit, sed q̄ multis. Ecce placere, est querere ut placeat omnibus, etiam si forte nulli, aut paucissimis placeat

Canonicum est enim Christo & suis, ut dum quærūt placere, & ea faciunt, unde debeant placere, displicent, iuxta illud: Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi. Et rursum, Odio habuerūt me gratis. Item, Impugnabant me gratis, id est, cum esset in me causa amoris. Ideo exemplo Christi perdenda sunt beneficia, ut quæramus, quo placeamus omnibus, nullo modo quæramus quo placeamus. Sed ut Rhom. 15. Unusquisq̄ alteri placeat in bonum (inquit) ad ædificationē. utiq̄ non ad eorum desideria & uanitates, &c.

Rom. 15. ri placeat in bonum (inquit) ad ædificationē. utiq̄ non ad eorum desideria & uanitates, &c.

Notum enim uobis facio fratres, &c.

Hic ostendit quod iuste illos anathematizauerit, longo tractu, multisq̄ argumentis declarans quod non humana

humana, sed diuina docuerit. Primum (inquit) ut Euangelion meum diuinū esse sciatis, ego nō ab homine accepi, neq; ipsemet didici, sed per reuelationē Iesu Christi. *T. Argu.*

Hic inter Accipere & Discere B. Hieron. sic distinguit. Quod accipit cui primū intimatur, & ad fidē eius inducitur: Discit aut, qui ea, quæ in illo figurata sunt, explanata cognoscit. Hoc sic intelligo: Accipit, qui incipit: discit, qui proficit in Euangelij notitia. Quid si Apostolus id uelit, quod uerbum Accepi copuletur cū nomine isto, ab homine: & uerbum Didici absolute ponatur, ad hūc scilicet sensum, Neq; ab homine, aut ullius magisterio illud accepi, neq; mihi traditum est à quoquā: sed neq; à me ipso didici, non meo studio inueni, nec quæsiui, à deo sola reuelatione Christi ipsum accepi, & ipso docente didici, scilicet in itinere, quando ad Damascum profectus, Christi uocem audiuit, ut B. Hieronymus sentit. *1.*

Notat hic idem diuus Hiero. Christum à Paulo deū prædicari, quia non ab homine, sed per Christum: ergo Christus plusquā homo. Item, saluberrime admonet, quā grande sit periculum in Ecclesia, loqui sine reuelatione Christi, ne peruersa interpretatione ex Euangelio Christi, Euangelion hominis fiat: ut nunc passim fit, ubi scripturas uel humanis opinionibus acceptis, uel proprio magisterio inuētis glossis, contamināt. *Christus Deus.*

Hominem autem hoc loco non tantum pro malis, sed & pro ipsīs Apostolis accipit: ut statim dicet, se nō *3.*

ab eis eruditum, neq; cum eis contulisse mox post reuelationem. Quod ideo facit, ut corroboret quæ supra dixit, scilicet: etiam si Apostoli, aut ipsemet aliud doceret (cum sint homines) non tamen deserendum esse quod semel docuisset, quādo hoc nec ex Apostolis, nec ex seipso habuisset. Ideo anathema habendū, quicquid pseusdoapostoli, uel apostolorum, uel etiam Pauli nomine aliter docerent. Non enim posse eos, nisi ex homine acceptum Euangelion, uel potius errorem habere, se autem ex Christo ueritatem. Euangelion & lex, proprie in hoc differunt, quod lex prædicat faciendā & omit-
tendā, imò iam commissā & omisā, ac impossibilia fi-
eri & omitti, ideo solam peccati ministrat cognitionē.
Euangelion autem remissā peccata, & omnia imple-
ta, factūque.

Lex enim dicit. Redde quod debes: Euangelion au-
tem, Dimittuntur tibi peccata tua. Sic Rhom. 3. per le-
gem cognitio peccati. & 4. Lex iram operatur. Vbi
enim non est lex, nec prauaricatio. At de Euangelio di-
cit Lucæ ultimo: Sic oportuit Christum pati, & à mor-
tuis resurgere, & prædicari in nomine eius (nota insi-
gniter, in nomine eius, non nostro) poenitentiam & re-
missionem peccatorum in omnes gentes. Ecce prædica-
tio remissionis peccatorum per nomen Christi, hoc est
Euangelion. Et Rhom. 10. Quā speciosi pedes euan-
gelizantiū pacem, annunciantium bona: id est, remissi-
onem peccatorum & gratiam, legis plenitudinem per
Christū

*Discrepancia
legis & e-
uangelij*

Luc: 24

Christum. Inde iustificatus per gratiam, à lege ad Euāgelion fugiens, dicit: Dimitte nobis debita nostra.

B Sed cur Christus in Euangelio multa præcipit & docet, si hoc legis officium est? Itē & Apostoli multa præcipiunt, cum tamen sint Euangelici prædicatores? Respondeo, doctrinæ eiusmodi, quæ ultra fidem traduntur (nam credentibus annuntiatur salus & remissio peccatorum in Euangelio: ut Ioannis 1. Dedit eis potestatem filios dei fieri, credentibus in nomine eius, quotquot eum receperunt) sunt, uel interpretationes legis, quibus peccatum clarius cognosceretur, ut gratia tanto ardentius quæreretur, quanto peccatum certius sentiretur. Vel sunt remedia & obseruationes, quibus gratia iam accepta & fides donata custodiretur, aleretur, perficereturq;: sicut fit, dum egrotus incipit curari.

Igitur uox Euangelij dulcis est, ut sponsa in Canticis: Sonat uox tua in auribus meis, uox enim tua dulcis. Et iterum, Meliora sunt uerba tua uino, frangantia ungentis optimis. id est, uerba Christi, quibus pascit fideles suos, sunt meliora uerbis legis, quia spirant unguentum gratiæ, quo remissis peccatis, sanantur naturæ uulnera. Ita Psalmo quadragesimo-quarto: Diffusa est gratia in labijs tuis. non scientia, non cognitio, quæ & in Mosi labijs diffusa sunt: sed gratia, id est, gratiosa, & iucunda sunt uerba tua peccatoribus perditis, quia remissionem & gratiam

objectio.

B.

ps. 44.

ps 51

nunciant. Hoc est, quod Psal. 40. quoq; orat: Docebo (inquit) iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. ac si diceret: Obsecro, non doceam vias hominū & doctrinas iustitiæ nostræ, quoniam sic non ad te conuertentur, sed longius auertentur. labia mea quæso aperias tu, ut os meum, tuam potius annunciet laudem: id est, gratiā, qua peccata remittis. Ex hoc enim fiet, ut homo te laudet, glorificet, diligat, dum senserit beneficium misericordie tuæ, & non seipsum laudarit in iustitia sua.

Qui enim iusti sunt, non docentur, non ad te conuertuntur, non te laudant, sed seipsos: sani sunt, medico non egent: ideo nec annunciari potest eis laus gratiæ tuæ. de quibus mox ibidem: Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ, & exultabit lingua mea iustitiā tuam. Non nostram hominum iustitiā, sed gratiam tuam, qua iustitiam nobis tribuis, per quam & deus salutis nostræ tu es.

Quæsitum est autem, quod nam Euangelion Paulus prædicarit, an Lucæ, Matthæi, aut alterius? Et bea. Hiero. ex Eusebio uel Origene, alicubi Lucæ Euangelion, Pauli putat. Quasi nō plura sint Euangelia, quā ista quatuor usitata, quū quilibet apostolus idem quod *Euangelion* omnes prædicarit. Euangelion enim est sermo bonus, nuntius pacis, de filio dei incarnato, passo, resuscitato per spiritum sanctum, in salutem nostram, ut Rhom. 1. describitur. & ut Zach. Lucæ 2. dicit: Visitauit & fecit redemptionem plebi suæ. Et infra, Ad dandam scientiam

tiam salutis in remissionem peccatorũ per uiscera misericordiæ dei nostri. Igitur quindocunq; prædicatur gratia dei & remissio peccatorum per Iesum Christũ facta, hic uerè Euangelion prædicatur.

Proinde epistolæ Pauli, Petri, Ioannis, omnino sunt & uerè Euangelia. Nec paulus Lucæ, aut ullius Euangelion prædicauit, sicut hic expresse dicit: Euangelion à se prædicatum nec ab homine, nec per hominem, sed à solo Iesu Christo sibi reuelatum. sicut & infra, Reuelaret filiũ suũ in me, ut euangelizarem illũ in Gëtibus. Ecce Euāgelion est doctrina de filio dei Iesu Christo.

Audistis enim conuersationem, &c.

Hæc pro consequentiæ sententiæ oportet intelligi dicta ab Apostolo ad confirmandum id, quod iam cœpit: id est Euangelion suum non ex homine esse, sed se diuina suadere: & si scio D. Hieronymum aliò respicere, & ordinem sententiæ relinquere. Igitur uult Apostolus dicere, ut plenissime sciatis, me, nec à maioribus meis, nec ab Apostolis, aut ullis hominibus eruditum: sed à solo deo, ut sic diuina uos audisse certi sitis, & nō transferamini ad humana, ullis, aut meo, aut Apostolorum nominibus. Ecce denuo uobis recenseo & suggero historiam meam: Audistis enim, &c.

Mira autem (ut B. Hieronymus ait) & pulchra obseruatio, pondusq; uerborum. Cōuersationem (inquit) non gratiam: aliquando, non modo: in Iudaismo, non in

fide Christi: non ut cæteri persecutores, sed sicut grassator & prædo uastabat Ecclesiam dei: non quod eam talem tunc crederet, sed talem nunc cognitam nominat. Et iterum: Proficiebam in iudaismo, non in fide Christi: anismi: super multos, nō super omnes (ut modestiā seruēt) sup coetaneos meos, nō super senes: in genere meo, nō in gētibus. Sic enim gentē Ebræā solet nominare, ut 2. Cor. 11. Periculis ex genere, periculis ex gentibus.

παῖδες
Non tamen negarim, quin simul & obiter, dum ex historia sua probat se diuina docuisse, uelit & exemplo suo Galatas retrahere à lege, ut inter audiendum simul moneantur, moueanturq;. Si talis ac tantus legis æmulator, qui multo potest amplius de lege gloriari & carne cōmendari, quàm illi pseudoapostoli (sicut facit 2. Cor. 11. & Collo. 3.) & tamen hæc uelut stercora arbitratu relinquit: quanto magis nos, qui in gratia sumus, ad legem non debemus reuerti?

Paternarum mearum traditionum.

Hoc notandum, quod paternas traditiones, Hiero. intelligit. pharisaicas doctrinas & mandata hominū. Sed me a temeritate credo, quod totam legem Mosi intelligat, quod non aliunde, quàm ex ipsomet Apostolo docebor, qui Philip. 3. dicit: Si quis uidetur cōfidere in carne, ego magis, circūcisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Ebræus ex Ebræis, secundū emulationem persequens Ecclesiam dei, secundum iustitiā, quæ est in lege cōuersatus sine querela: sed quæ mihi fuerunt

erunt lucra, hæc propter Christum arbitratus sum detrimēta. Ecce circumcisionem quoq; & iustitiam legis sine querela propter Christum detrimēta arbitratur. Et infra, Vt inueniar in illo, nō habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Iesu Christi.

Quare traditiones paternas legē uocat? quod in illa sit ab hominibus patribus, ac maioribus suis eruditum, qd' patres sui illas à Mose acceperint, & filiis suis tradiderint, iuxta edictū Psal. 77. Quāta mādauit patribus nostris nota facere ea filiis suis. omnia enī Apostolus cōtentiose aptat, & opponit pseudoapostolis, ut suū Euāgelion à deo esse statuatur, ac sic Galatas firmiter in ipso stare cogat: ideo et paternas traditiones quæ dā uelut tapinosi opponit Euangelio, quod diuinas traditiones uult haberi.

Sed ne cuiquam scrupulū iniiciā, rem hanc paulò trāstemus latius, quo simul & sequenter dicendis uia paremus. Lex non modò ceremonialis, uerū & moralis, deniq; ipse sacratissimus decalogus eternorum preceptorū dei, litera est & literalis traditio, neq; uiuificans neq; iustificans, ut abunde probat B. Augu. de spi. & litera: sed occidens & peccatū faciens abundare. Quantūcūq; enim doceatur aut obseruetur, non per hoc cor ipsum purificatur. Corde autē non purificato, quid sunt opera bona, siue cærimonialia, siue moralia, nisi species ipsa pietatis & hypocrisis? sicut Christus phariseos foris speciosos, intus plenos spurcitia dicit.

Quo fit, ut licet non faciat furium, non adulteretur extra in opere, tamen uel intus in eadē pronus est, uel amore cōmodi sui, uel timore pœnæ abstinet, ac sic alio peccato aliud uincit, ut B. Augustinus dicit de nuptijs & concupiscentijs. Nam amor commodi & timor pœnæ uitia sunt, & quoddam genus idololatriæ, cum soli deo amor & timor debeatur.

Ab hac igitur impuritate cordis nihil nisi fides liberat, ut Act. 15. Fide purificans corda eorū. ut sic stet uerbum Pauli, Tit. 1. Omnia munda mundis, immūdis uero & incredulis nihil mūdum. Eadem regula, Rho. 2. dicit: Qui doces non furandum, furaris, &c. interprete B. Augustino furaris, scilicet non opere, quod doces non faciendum, sed re a uoluntate.

Quare, nisi doctrina fidei, qua cor purificatur & iustificatur, reueletur, omnis omnium præceptorum eruditio, literalis & paterna traditio est. Præceptum enim docet quæ sint facienda. Quæ cum fuerint impossibilia, doctrina fidei (id est Euangelion) docet, quo modo fiant possibilia. Hæc enim docet ad gratiam dei confugere, & implorare ipsummet deum, magistrum & doctorem, qui digito sui spiritus scribat in corda nostra suas literas uiuas, & lucentes & ardentes, quibus illuminati & accensi clamemus, Abba pater. Et hæc nō est paterna, sed diuina eruditio.

Nō. Aduerte autem lector, Si Apostolus tam speciosam Indaismi sui cōuersationem & iustitiam legis damnat, ad eō,

adeò, ut stercorea & detrimenta arbitretur: quid præ-
tendent isti naturæ prædicatores, et moralium operum
laudatores? Si malus erat iste Apostoli profectus, omni-
nimirum dictamine rationis, sed & ipsa lege dei proba-
tus, quando & finis (ut uocant) suæ uitæ, erat æmula-
tio dei & legis eius: quid erunt actus illorum, qui uel
alio fine, uel simili fine iactantur? Nēpe id quod Hieremi-
as de eiusmodi prophetis dixit: Viderunt tibi uisiones
stultas & eiectiones, nec aperuerunt tibi peccata tua,
ut te ad poenitentiam prouocarent. Itaq; timorem dei
ab hominibus tollunt, securitatemq; docent, dum moras
lia sua bona, & dictante ratione opera, non esse pecca-
ta garriunt.

Cum autem placuit ei (qui me, &c.

Aliud ergo est legem nosse & in iustitia eius excel-
luisse, & aliud filium dei cognouisse: hoc enim salutem,
illud perditionem operatur. Et uide quàm gratus &
sincerus confessor sit gratiæ diuinæ. Non (inquit) reue-
latus est mihi filius dei, quia sic profecerā in iustitia pa-
ternæ legis, non meo merito, sed quia placuit deo ita fie-
ri, cum ego longe meruissem cōtraria. Quod autē pla-
cuerit ei sine meritis meis, id cōuincit, qd' me in hanc sor-
tem, antequàm natus essem, segregarit, & in utero ma-
tris meæ me talem præpararit, deinde & per gratiā
uocarit: ut is omnibus intelligatis quod fides & cogni-
tio Christi, non ex lege mihi uenerit, sed ex prædesti-

nante & uocante gratia dei. Quare nec uobis ex lege salus esse poterit.

Alij uerbū Segregauit eò referūt, quod Act. 13. dicitur: Segregate mihi Paulū & Barnabā in opus, &c. uerum coacte, cum uterū matris tum cogantur intelligere allegoricos, synagogam. Prætereo, quæ D. Hiero. hic tractat satis scopulose & scrupulose. Mihi omnino uidetur de prædestinatione sui loqui, sed breuiter & obscure, pro capto Galatarū, sat habēs, quod Iesum Christū filiū dei simpliciter asseruerit, nō ex se, nec alijs, sed ex reuelante patre sibi cognitū, & à sese doctū & euangelizatū, ut sic diuina sese didicisse ex Paulo scirēt. Iam sequitur, et simplici narrationi historiā addit, demonstraturus nō ex hominibus eruditū, aut humana docuisse.

Continuo non acquieui carni, &c.

Mire hic torquetur, & torquet D. Hiero. Primū, ne Apostolos carnē & sanguinē dici, & Porphyrio blasphemātī Paulinā fidutiā, cedere cogatur: per carnē et sanguinē, Iudeos & peccatores intelligit, præsertim cū postea sese cōtulisse cū Apostolis Euāgelion suū profiteatur: quod hic negat. (Nā idē uerbi, quod hic Acqui eui, infra translātū est Cōtuli) sed mittamus ista, uideat qui uolet. Ego interim sic abūdo, quod Paulus ostēsurus se ex deo reuelāte docuisse Galatas, nō prius cōtulerit suam reuelationē cū ullo hominū, sed continuo accepta reuelatione, Christū prædicarit, Quæadmodū Act. 9. scribitur

scribitur: Fuit autē cū discipulis, qui erant Damasce per dies aliquot, & cōtinuò ingressus synagogā prędica-
bat Iesum. Continuo scilicet, nō prius conferens cū eis.
Vnde & hic eclipsis in Paulo uidetur, ut integer cons-
textus sic habeatur.

Continuò prędicaui seu Euangelizavi filium dei,
nō contuli prius cum hominibus. Vt aduerbium, Conti-
nuo, prorsus neget sese ex hominibus eruditum esse, sed
potius contrā, homines cōtinuo ex sese eruditos in Chri-
sto. Nam, ut dixi, contentiose Apostolus ait, ut sese diuī-
na docuisse probet. Hoc enim uelut capitali argumento
probato, iam pronum erit omnia destruere, quę con-
tra se tradita erant Galatis.

Est autē teste Hiero. cōferre, quod hoc loco acquiesci
dicitur, aliud quiddā quā apud nos intelligitur: cū sci-
licet ea quę nouimus, cōferimus cū amico, ac uelut in si-
num & conscientiam eius reponimus, ut pari consilio
uel probāda sint, uel improbanda. Et quanquam inter-
pres id uerbi non reddiderit, non tamen penitus aber-
rauit à sensu. Qui enim hoc modo confert cum amicis,
certe iam animo acquiescit, & docilem sese prębet illis.

At Paulus, nec uoluit doceri, nec animū unquam ha-
buit disputandi, rectā ne essent animus, quę ex deo au-
dierat: idq; iustissime. Impium enim fuerat, diuinā reue-
lationem, ac si dubitaret, hominum cōsilio stabilire. Nis-
hil ergo facit Porphyrius criminator Pauli, superbiam
in eo taxās: nō enim pro superbia, sed pro gloria diuinę

*Confere
quid.*

authoritatis & certissimæ ueritatis noluit conferre, sed nec potuit citra iniuriã authoritatis diuinæ. Quãquam & in hoc errat, quod Paulum putat hic de Apostolis loqui, cum de ijs loquatur, qui in Damasco erant, quicũq; tandem illi fuerũt. Nam de Apostolis statim dicit, Nec ueni ad antecessores meos Apostolos.

Alij ergo sunt, quos carnem & sanguinem uocat.
Et, ut mihi uidetur, alludit more suo & Ebreorũ ad no-
men Damascus, quod iuxta etymologiam, sanguinẽ &
saccum significat, & non raro in scripturis mysterium
gerit carnis & sanguinis. quasi dicat: Nõ contuli cũ ijs,
qui Damasci erant, qui caro sunt & sanguis. Verunta-
men hoc ipsum non negarim de sanctis dici. Nec Apo-
 stolos ipsos dubitem carnem & sanguinem appellare,
 etiam autoritate Christi, qui ad Petrum dixit: Caro &
 sanguis non reuelauit tibi. id est, nec ex teipso, nec ex
 alijs id habes. Et alibi: Non enim uos estis qui loquimi-
 ni, sed spiritus patris uestri. In quo manifeste significat,
 eos esse aliud à spiritu & spiritus reuelatione, nimirũ
 in seipsis uerè carnem & sanguinem.

Placet ergo tẽpestiua hæc τὰ καὶ νῦν, qua in odi-
 um pseudoapostolorum, etiam sanctos dei carnem &
 sanguinẽ appellat, præ maiestate diuinæ reuelationis.
 Quia, sicõperint hominum quantumlibet sanctorum
 uel uerba, uel exempla aduersus diuina iactari, tempus
 est, ut quicquid non fuerit diuinum, cum fidutiã carnẽ
 & sanguinem, imò nihil, ducamus.

Nec

Nec ueni Hierusalem ad ante, &c.

Non solum Damascenos non consului, sed nec Apostolos, qui ante me fuerāt in Apostolatu (id enim significat antecessores meos) quod tamen oportuerat fieri, si per hominē, uel ab homine doceri uoluissē. Satis mihi fuit certa & infallibilis reuelatio patris.

Nota necessariam Pauli superbiam, uel rectius equi *Necessaria*
tatem. Ceteros Apostolos, priores se fuisse confitetur, *Pauli superbia.*
nec sese maiorem, nec tamen rursus minorem. Quāquam
enim iuxta personam omnibus sese inferiorem & mini-
mum Apostolorum pronunciet, immo nec dignum uo-
cari Apostolum, tamen officiū & ministerium ita ho-
norificat (hoc enim dei, non suum est) ut nulli prorsus
Apostolorum cedat. Nam quaecūq; sit persona Apo-
stolorum, officium certe idem & æquale est omnium,
eundem Christum docent, eandem potestatem habent,
ab eodem æqualiter missi sunt. Et tamen dicit, 2. Cor.
11. Existimo me nihil minus fecisse à magnis Aposto-
lis. Et 12. Nihil enim minus feci ab ijs, qui supra modū
sunt Apostoli. Ecce mire præfert eos, & æquat se ei-
sdem, dignitate humiliter cedēs, officio & potestate fi-
denter se conferens.

Sed abi in Arabiam, & iterum, &c.

Lucas Act. 9. nō meminit huius in Arabiam secessus,
sed omnino Paulum per murum submissum, uenisse Hie-
rosolymam scribit. Inde diuus Hieronymus uarias ra-

tiones exquirat, ex quibus secundam sequor, quæ est fuisse Paulum post baptismum aliquot diebus Damasci, ut Lucas scribit, in quibus Christum prædicarit in synagoga. Deinde (quod Lucas tacuit) abiisse in Arabiam & rediisse Damascum, ut hic dicit, tum ea quæ persequitur Lucas, scilicet propter insidias, missum per murum in porta, ac uenisse in Hierusalem.

Laborat itaq; D. Hiero, cur Paulus hæc recitet quæ Lucas tacuit. Mea temeritate puto, sicut omnia, ita et hoc referat ad ostendendum, quod nō uenerit ad Apostolos, nec ab eis didicerit, quin potius fretus diuina reuelatione, prius in Arabiā docturus abierit: deinde & reuersus Damascum, eadē docuerit, uidelicet, adeo certus de reuelatione Christi sibi facta. Neq; enim ea doceret, diuersis etiam locis, si talia estimaret, quæ cū Apostolis uel hominibus conferenda essent. Quod autē D. Hiero. cum in Arabia frustra putat fuisse, & mysteria quedam sectatur, permittendum est tanto uiro.

Deinde post annos tres ueni, &c.

Obserua quā diligenter addat, post tres annos, et nō audire, sed uidere Petrū. Quod enim annos tres Damasci se docuisse insinuat (scilicet donec per murū coactus est abire) id certe cōtendit, se non factum à Petro, sed iam diu Euangelistā fuisse, quando uenit ad Petrū, ut obstruat os pseudoapostolorum, qui forte hoc arguimento Paulum à Petro doctum asseruerant, per cuius

Exemplum Galatas ad legem seruandam sollicitarant.

Verū D. Hiero. hoc loco geminam intelligentiam se professus sequi. & eā qua asseritur Paulus à Petro doctus, & eam qua negatur: in epistola tamē ad Paulinū omnino declinat in sententiā priorē, uolens doctorem gētiū (ut suis utar uerbis) mysterio Ogdoadis & Hebdoadis instructum. Quod ideo cōmemoro, ut prudens lector ita Hiero. intelligat, ne contra Apostolum Paulum sapiat, qui hęc omnia eo spiritu detonat, ut conuincat fortissimis argumentis, se nihil ab Apostolis didicisse, sed à solo deo (ut iam satis dictum) omnia accepisse.

Quod autē D. Hiero. in mysterio quindecim dierū libenter sæpius ludit, nō contemnendū est: sed hoc loco non mysterij tantū delectatione, sed rei & historiæ necessitate quoq; positos esse à Paulo, omnino credendū est: forte, ut ostēderet, sat temporis se cum Petro fuisse. si docendi gratia uenisset. uel cōtrā, nō discendi gratia, sed uisendi tantū, tanquam hospitem apud eū mansisse, quando ad discendum longiore tempore opus fuisset.

Alium autem Apostolorū uidi, &c.

Ne dicrent, si non à Petro, saltem ab alijs Apostolis doctus es. Nō uidit autem, quia (ut Hiero. ait) erāt toto orbe dispersi ad prædicandum Euangelion. Quod si uerum est, ubi subsistet fabula illa de diuisione Apostolorū, qua dicitur, anno tertio decimo post resurrectionē Christi fuisse Apostolos diuisos? cum hic Paulus post tres annos, aut certe post quatuor annos suæ conuer-

sionis, iam dispersos inuenerit, qui tamen anno eodem, quo Stephanus coronatus est, uideri potest conuersus esse. Sed alijs hæc ociosis relinquo.

Hoc uide, quod Lucas Act. 9. scribit, Paulum cum eum discipuli timuissent, à Barnaba ductum ad Apostolos, & cum illis egressum & ingressum, &c. cum hic factatur, se neminem Apostolorum uidisse, nisi Petrum & Iacobum. Aut ergo Lucas, Apostolos pluraliter appellat Petrum & Iacobū: aut illud uerum est, quod diuus Hieronymus dicit, Apostolorum nomine & multos alios censerī, præsertim in epistolis Pauli, ut qui ab Apostolis primis ordinati fuerunt.

De isto Iacobo, qui usitate à uulgo, Iacobus minor uocatur, dicit Euseb. lib. 2. Eccle. histo. cap. 1. quod dicitur sit frater domini, quia esset filius Ioseph, qui quasi pater Christi habebatur. Hoc B. Hiero. lib. illust. uirosorum, recitans & dissentiens, dicit: Iacobus, ut nonnulli existimant, Ioseph ex alia uxore: ut autē mihi uidetur, Mariæ sororis matris domini, cuius Ioannes in Euangelio suo meminit, filius, &c. Ioannes enim cap. 19. dicit: Stabat iuxta crucem Iesu, mater eius, & soror matris eius Maria Cleophae, & Maria Magdalene. Item Marcus 15. Inter quas erāt Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Iose mater et Salome. Cui consentiens Matthæus 27. Inter quas (inquit) erant, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Iose mater, et mater filiorum Zebedæi.

Ex qui-

Ex quibus colligitur, quod eadem est Maria Iacobi
 & Maria Cleophæ, ipsa scilicet soror uirginis Mariæ:
 dicta Cleophæ à uiro, Iacobi autē à filio, quæ & ipsa
 mater est Simonis et Iudæ. Nam et Euseb. lib. 3. Eccle.
 dicit, Cleopham fuisse fratrem Ioseph, & exinde Simonem
 dictum cōsobrinum domini. Hoc autē clarissime uide-
 detur Marcus 6. dicere: Nōne hic est faber, filius Ma-
 riæ, frater Iacobi, & Iose, & Iudæ, & Simonis?

Proinde manifestus error est eorū, qui tertiā Mariā
 finxerūt, quam Mariam Salome uocāt. Salome enim
 foemininum nomen est. Et quam Marcus Salome, hanc
Matthæus matrem filiorum Zebedei appellat. Sed &
 non nisi duas Marias fuisse, scilicet Magdalene & Iacobi,
 satis Matthæus probat, qui Mariam Iacobi fr̃e
 alteram Mariam solet appellare.

Quæ autem scribo uobis, &c.

Iurat Apostolus in re (ut apparet) tam leui, nēpe
 ut uerum credant, eum uenisse Hierusalem, neminem
 Apostolorum uidisse: & quæ alia commemorauit. quæ
 necessitate? Anxius est, & urgeri se sentit Apostolorū
 nomine & conuersatione, quibus pseudoapostoli nite-
 bantur. Ideo cum non habeat, quo firmet suam narra-
 tionem, iurat, idq; sancte ac pie, ne scilicet diuinæ reue-
lationis autoritas, qua Galatas docuerat, Apostolicæ
& humanæ autoritatis prætextu & pompa minueret
iur, in præiudicium & fidei & Euangelij. Iurat autem

nō tantū pro prādictis, sed & pro sequēter dicēdis. Ita enim solent nimīū solliciti inter mediū sermonē iurare.

Deinde ueni in partes Syriae, &c.

Quod Lucas Act. 9. sic: Loquebatur quoq; (scilicet in Hierusalem) Gentibus, & disputabat cū Græcis: illi autem quærebant occidere eum. Quod cum cognouissent fratres, deduxerunt eū Cæsaream, & dimiserunt Tharsum, quæ est Ciliciæ. Ecce habes quid gesserit per quindecim dies apud Petrum. Non didicit, sed docuit Gētes (harum enim Apostolus futurus erat, uel iam erat) & cum Græcis disputabat, utiq; Iudæis, sicut & Stephanus ante eum, Act. 7.

Quid ergo necesse est nos audire, quod in Syriā & Ciliciam uenerit? Nempe, nusquam sese doctores Apostolos habuisse, sed doctore ubiq; se fuisse probat, semper huc spectās, & arcū narrationis eò tendens, ut tandem robustissime feriat omnes, qui ei contraria docebant & sapiebāt. Quia diuina, nō humana ipse docuerit: illi uero humana, non diuina.

Eram autem ignotus facie Ecclesijs, &c.

Hoc scilicet uult, quod non solū à Petro & ab alijs Apostolis non sit doctus, sed nec ab ullis alijs qui in Iudæa Christiani erant, & legē mixtim cū fide seruabāt: imò, quod maxime cōmēdat Pauli doctrinā, cū ipse nec uisus eis fuisset, testimoniū tamē eorū habuit, quod fidē doceret. Hāc enim solā querit in tota epistola statuere.

Igitur

Ignitur iam auctoritate omniũ Ecclesiãrũ, sese recte docuisse demonstrat, quando fidem prædicans, ab illis Ecclesijs laudatus est, & deus glorificatus, quarum tamen exẽplo pseudoapostoli Galatas ad legẽ cogebãt. manifeste probans, quod non uerè Ecclesiarum Iudææ exemplũ & auctoritatem induxerint Galatis. Glorificant illi deũ, quod Paulus fidẽ prædicat, qui doluerũt prius, quod fidẽ expugnabat, nihil de lege quærẽtes.

Quid ergo legalibus iustitijs illi falso Apostolorũ nomine Galatas tentant? Reliquum ergo est, quod legalia seruauerint Ecclesiæ Iudææ, non salutis necessitate cõpulsæ, sed libera charitate aliorum infirmitati seruientes. O utinam & nostræ leges in Ecclesia hodie simplici prudẽtia & docerentur, & seruarentur. Nũc uero ita regnãt, ut in ijs salus constituta putetur, & fides penitus sit extincta.

Paulus fidem facit dominam liberrimam omnium legum humanarum: nos leges humanas facimus tyrãnos fidei. Nec ipsas tamen, procures & magnates pilificiunt, non sine scandalorũ uastissimo gurgite Ecclesiam uorantes, & solos subditos tot oneribus importabilibus opprimentes, aut libertatem eorum Christianam, per hos pecuniarum laqueos captiuam, denuo scẽdissime uendẽtes, dispensantes, indulgentes.